

3. p. q. 80. art. 4. & Scotus in. 4. dest. 9. Et Concilium Tridentinum, hoc idem præcipit contra Caietanum Sessio. 13. cap. 7. & can. 11. de quo Navarro in Enchiridio. seu Manuali. Confessariorum cap. 21. num. 49. & c. 22. num. 3. Quod autem Sacerdos peccet mortaliter conferendo Sacramentum aliquod non contritis, vel verisimiliter nõ contritis probatur ex dictis supra. Et etiam quia peccatoribus Sacramenta non sunt administranda. c. illud, Dis. 95. Eruditissimus Silvester, verbo, Sacerdos. verbo, Sacramenta. parti. 2. Magister Soto in. 4. d. 5. q. unica, ar. 4. infine. Sapientissimus Magister Victor. in. 4. q. 64. art. 6. Ex quo constat esse peccatum mortale nõ monere contrahentes Matrimonium, q̄ habeant, & procurent habere Contritionem ad recipiendum Sacramentum. Et quia contrahentes in peccato mortali, nec excusantur ignorantia secundum Victor. in. 4. q. 64. Qui dicit, q̄ contrarium dicere est iuteranum scilicet dicere, q̄ non est peccatum mortale contrahere Matrimonium in peccato mortali. Et hoc idem est dicendũ de Adultis recipientibus Sacramentum Confirmationis in peccato mortali, q̄ peccant mortaliter